

34 CAP. III. DE ACQUISIT. QVÆSTUS MERETRICII,  
 injuriandi spectatur. *conf. Gail. lib. 2. Observ. 99. num. 2. Proff.  
 Farinat. in Pr. Crim. qu. 105. inff. 5. n. 223. & seqq. Georg. Mund.  
 von Rodach vol. 2. conf. 7. num. 85. & seq.* Ex hisce etiam ulte-  
 rius fluit, quod alia delicta atrociora, ut e.g. crimen violenti  
 stupri & raptus, in meretricem cadere possint. Licet enim me-  
 retrix eum in finem ingressa lupanar fuerit, ut palam se omnibus  
 prostitueret: tamen ad id invita cogi nequit, cum nemo ulla ra-  
 tione ad peccandum adigi possit, quod Juri Naturali & Divino ad-  
 versatur: & quamvis meretrix licite & citra malum pœnæ alios  
 viros admittere queat; laudanda tamen est, si id pœnitentia ducta  
 non fecerit. *conf. Petr. Caball. in resol. crim. cent. 2. cas. 29. Azor.  
 in Instit. moral. p. lib. 3. cap. 27. vers. decimo. Hippol. Bonacoss. tr.  
 de serv. & famul. qu. 64. num. 2. p. 42. & seq. Menoch. arbitr.  
 judic. quest. d. Cas. 535. num. 29.* ubi simul notatur, quod licet  
 pœna vel stupri violenti, vel raptus ordinaria tale quid adversus  
 meretricem patranti imponi nequeat; tamen extraordinarie pu-  
 niendus veniat,

**CAP. III.**  
 DE  
**ACQUISITIONE QVÆSTUS ME-**  
**RETICII, ET JURE MERETRI-**  
**CUM IN EUNDEM.**

*S U M M A R I A.*

|   |   |
|---|---|
| <b>C</b> ontinuationis ratio exponitur. n. 1.                         | Ejus Regule ampliationes duæ traduntur. 9. seqq.                                  |
| Qvæstus meretricius inter vivos per donationem acquiritur. 2. 3. & 6. | An meretrix etiam in foro Conscientia sibi datum retinere potest? 11. usq. ad 16. |
| Respondetur ad Contraria. 4. & 5.                                     | An meretrix mercedem sibi promissam petere potest? 17. seqq.                      |
| Quod datur meretrici, nunquam repeti potest. 7. seqq.                 | An pignus meretrici datum repetere licet? 22. seqq.                               |
|   | An quis à judice cogi potest ad sol-  |